



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

quaestio 83. An Episcopus & Inquisitor teneantur ad secretum quod alijs  
indicunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

presentis constitutionis auctoritate permittimus, quod Episcopus vel Inquisitorum secretum possint indicare illis, quibus (vt promissum est) processum huiusmodi explicabunt: ut in eos si arcana consilij, seu processus, sibi sub secreto ab eisdem Episcopo uel Inquisitoribus patefacta prater eorum licentiam alijs patefecerint, excommunicationis sententiam, quam ex secreti violatione ipso facto incurrant, si eis expedire uidebitur, promulgare.

COMMENT. CXXX.

Explorati iuris est id de quo querit hic Eymericus: potest enim Episcopus & Inquisitor indicare silentium consultoribus, etiam sub pena excommunicationis, vt super questione proxime precedenti dictum est; idem docet Repertorium Inquisitorum, verbo, secretum. & Bernardus Comensis in lucerna Inquisitorum, verbo, Inquisitor. §. 21. & quam sit ingens scelus secreta reuelare, explicat Aegidius Bossius, eo loco, quem superiori commentario indicauimus. eum uidebo.

QVAESTIO LXXXII.

An Episcopus & Inquisitor possint se mutuo excommunicare ob indictum secretum.

Quagesima secunda quaestio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor praedictis peritis excommunicationis sententiam iniungendo quatenus nomina deferentium aut testificantium non reuelent, possint se excommunicare mutuo hac de causa, etiam ne reuelent?

Respondemus q non, vt in alleg. c. Statuta. §. Et ut eorundem de haeret. lib. 6. unde ibi concessio quod possint peritos excommunicare hac de causa, ut est dictum quaest. proxima, statim sequitur ita: Sic tamen q Inquisitores Episcopum, uel Episcopus Inquisitores non excommunicent hac de causa.

COMMENT. CXXXI.

Indices fidei alter alterum excommunicare non potest, iuxta tradita hic ab auctore. Haec assertio ratione non caret, nam si se mutuo excommunicarent, id fidei negotijs proculdubio obesser. Et hoc prorsus spectare uidetur privilegium concessum Inquisitoribus ab Urbano 1111. in extrauag. incip. Ne Inquisitionis negotium, quam retulit Eymericus supra, par. 2. in qua sancitum est, ne Inquisitor & eius notarius, excommunicari possint a delegatis sedis Apostolicae, adde Syluestrum in summa, verbo, haeresis. 2. q. 8. Certa hac spectantia dicam in questione proxime sequenti.

QVAESTIO LXXXIII.

An Episcopus & Inquisitor teneatur ad secretum quod alijs indicunt.

Quagesima tertia quaestio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor indicentes praedictis secretum, de non reuelando nomina deferentium seu testificantium per sententiam

A excommunicationis lata, ipsi etiam Episcopus & Inquisitor ad secretum huiusmodi arceantur? Respondemus q sic, ut patet in alleg. c. Statuta. §. & vt eorundem de haeret. lib. 6. Unde prohibito ibi, quod Episcopus & Inquisitor non possint se excommunicare mutuo hac ex causa, ut dictum est supra quaest. proxima, de Episcopo & Inquisitore, sequitur sic: Sed Episcopi ex iniuncto ex nunc a nobis sub uirtute sanctae obedientiae districto precepto, ad secretum huiusmodi teneantur.

COMMENT. CXXXII.

Quamuis se mutuo Episcopus et Inquisitor ob secretum custodiendum in causis fidei, excommunicare non possint, ut proxime dictum est, nihilominus tamen ad illud obseruandum in uirtute obedientiae ex districto Papa precepto obligantur; quod equidem ratione non caret: quemadmodum enim graui incommoda consequi possunt ex huiusmodi secreti violatione, cum periti & consultores reuelarent, eadem nascerentur si Episcopus, aut Inquisitores manifestarent.

Ergo si Episcopus & Inquisitores extra casus sibi a iure concessos & permisos, & negotijs fidei necessarios, reuelarent, aut testes, aut delatos, aut denuntiatores, & accusatores, vel alia sacri officij secreta, quamuis ipso iure excommunicati non essent; quoniam hoc nullo iure (quod ego sciam) cautum inuenitur: tamen mortaliter peccarent, quia sibi districte iniungitur a Papa sub uirtute sanctae obedientiae ne reuelent; essent enim iusta & legitima legis transgressores, facere autem in materia graui contra iustam & legitimam legem; nulla rationabili causa urgente, vel excusante leuialis est culpa, vt uno ore fateantur Theologi, quos sequuntur Canonistae, & ceteri beneficentissimi, atque hoc est in hac causa diligentissime obseruandum.

Episcopi & Inquisitores reuelantes secretum extra casus permisos mortaliter peccant.

DE STATVTIS ET CONSTITUTIONIBUS PRO OFFICIO INQUISITIONIS.

QVAESTIO LXXXIII.

An priora indulta & priuilegia Inquisitoribus data, sint per posteriores constitutiones reuocata.

Quagesima quarta quaestio est: Vtrum Inquisitoribus Apostolica priuilegia, indulta, constitutiones, & ordinationes, seu ad consultata responsiones factae per sedem Apostolicam, sint per constitutiones postmodum factas, de quibus habetur in 6. Decretalium, & in Clemen. tit. de haeret. simpliciter reuocata?

Respondemus quod non nisi in his, in quibus obuiant constitutionibus antedictis: ut patet in c. fin. Statuta. de haeret. lib. 6. ubi in fine dicitur sic: Constitutiones uero, ordinationes, & mandata alia praede-

Relat. supra pag. 111.